



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 87. Rex Lugduno Gratianopolim profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.**  
**A.C. 1494.**

ponere posset. Verum Carolus fidei Ludovico datæ tenacissimus, ineunte Mense Julio unacum Conjuge Regina discessit, Lugdunum petiturus, quam urbem copiis in unum conducendis præscripserat, ut quo proximior, eo expeditior mandata pro suscipienda expeditio-ne dare valeret.

§. LXXXVII.

*Rex Lugduno Gratianopolim  
profectus.*

Priusquam discederet, Rex providis con-siliis Franciæ saluti consuluit; ita-  
Comm. l. 7 c. 4  
Albinus de  
bello Gallico  
iib. 6.  
Baudricourt. que Borbonii Ducem Pro-Regem consti-tuit, suprema totius Regni procuratione eidem demandata; postea Baldricurtium Burgundiæ, Orvalium vero Campaniæ, ac demum Gravillam Admiralem Nor-manniæ, ac Picardiæ Præfectum nomi-navit, Avaugurio & Rohano ad Bri-tanniæ imperium selectis: Cum vero pe-stilentia metus Lugdunensem urbem minus tutam redderet, Rex primo Vien-nam, inde Gratianopolim contendit, ubi de primis armorum auspiciis consilia agitabantur; interea Aurelianensi Duci ex Genuensi urbe nunciatum est, tri-re-mes, ceterasque classis naves brevi ad vela danda paratas fore; ille igitur nul-lius

lius moræ ditpendio aulam reliquit, ac Sæcul.XV.  
terrestri itinere consecro Ludovicum in- A C 1494.  
visit, ubi utrinque omni quidem obse-  
quiorum genere officiose certatum est,  
Aurelianensi tamen Ludovici sinceritas  
suspecta esse cæperat.

### §. LXXXVIII.

#### *Classis Neapolitana ab Aurelianensi oppugnata.*

Aurelianensis Dux Genuam pervenerat, *Albin. ibid.*  
cum opportune nuncium accepit,  
Neapolitani Regis classem, quinque ar-  
matorum millibus liburni in terram ex-  
positis, inde soluisse, cursumque *portum*  
*Veneris* versus pretendere. Ergo Dux  
passis velis provolat, eam adoritur, ac  
post prælium jam ad septimam horam  
excurrens, illam ab urbe propulsat.  
Neapolitana classis primo adversæ fortu-  
næ ludibrio territa sese longius in al-  
tum abstulit, ac Rapallum progressa est,  
ductore Objetto de Flischis, qui hanc ur-  
bem nonnisi viginti circiter leucis Ge-  
nua diffitam, cum tribus peditum milli-  
bus, quos exscendere jussérat, facili ne-  
gotio expugnabat. Ast ubi Aurelianen-  
sis hostem Ripalli exscensionem fecisse  
compererat, mox duodeviginti triremes,  
sex deciremes, novemque grandiores na-  
ves advexit, ac ponte vi perfracto Neapoli-

O o 2 tanos